



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab Anno 1752. usque ad
Annum 1757 - Cum Appendice ad Annos 1744. 1745. 1748

Luxemburgi, 1758

XXXVII. Ne Christifideles sub Turcarum ditione versanres, ad occultandam
Christianæ Nomina sibi imponant, iisque se compellari patientur. 1.
Augusti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74789](#)

1754.
Et an etiam
non illicere
paetiones
prohibeatur?

Cesuit Con-
gregatio prae-
dicta, Mo-
nafteria seu
Collegia praे-
dicta cōpre-
hendit.

Eprohiberi
licias etiam
paetiones, si
ante electio-
nem fuerint
initia.

Sivero post
Sedis Apo-
stolice judi-
cio esse sub-
jiciendas.

secundo, an praedicta Constitutio eas etiam affi-
ciat paetiones, quae in Ecclesiarum, vel Monas-
teriorum ipsorum utilitatem cedunt, vel quae alioquin,
si per se spectentur, non judicantur illicite.

§. 2. Hinc ad tollendas hujusmodi dubitatio-
nes, & animarum pericula tutius submovenda,
Congregatio particularis Confessorialis, a San-
ctissimo Domino Nostro deputata, censuit, si
Sanctitati Sua videbitur, declarandum, & de-
cerendum, sub premissa Constitutione Innocen-
tii XII., ejusque omnibus prescriptionibus, etiam
quod inficias penas, omnino comprehendendi
etiam Monasteria, vel Capitula, seu Collegia
mixta ex utriusque sexus personis, regimini, vel
jurisdictioni unius Abbatisse, seu Prepositae,
sive Priorisse subjectis, ac de ejusmodi etiam
Monasteriis, Capitulis, five Collegiis prefata
Constitutionem esse intelligendam, perinde ac si
de iis quoque expresa, & specialis mentio ha-
bita fuisset: Adeoque paetiones, Capitulationes,
concordata, seu statuta quæcumque hujusmodi,
occasione electionis personæ predictis Mono-
steriis, five Capitulis, & Collegiis præponen-
dæ, tum facta, tum quæ deinceps fieri contin-
geret, tametsi interposita jurisperandæ religione
roborata, omnino obnoxia esse, & fore prohi-
bitioni, nullitat, penæ, ceterisque omnibus,
& singulis ordinationibus, decretis, & declara-
tionibus respective in ea, ut præfertur, Con-
stitutione contentis, & quatenus opus sit, ad hu-
jusmodi etiam Monasteria, vel Capitula, five Col-
legia mixta ex utriusque sexus personis, præiatam
Constitutionem esse extendendam.

§. 3. Præterea, cum valde Ecclesiasticae dif-
fipline inter sit omnem ambitione cupiditat ac-
tum præcludere, ac providere, ne ullo modo
etiam indirecte, leſa remaneat libertas eligen-
di personas magis dignas, magisque idoneas,
que aſſentiri forsan recufarent iis paetionibus,
quibus alijs minus idoneas, ad obtinendum
electionis commodum, annuerent; similiiter de-
clarandum, & decernendum centi, memorata
Constitutione affici eas etiam paetiones, ante elec-
tionem, vel poftulationem initas, qua cetero-
quin Ecclesiis ipſis, vel monasteriis utiles sint,
vel quæ intrinſecus, & per se considerate,
nullam mali ſuſpicionem redoleant, sed quæ ideo
male ſunt, quia jure humano, & per Sacros Ca-
nones five Apostolicas Constitutiones, ac præ-
fertim illam. Innocentii XII. interdicuntur: Quo
vero ad eas, quas poft electionem vel poftula-
tionem fieri continget, fervandam itidem
effe memoratam Innocentii XII. Constitutionem,
ut ſcilicet ille ſtatim ad Sumnum Pon-
tificis deferantur, & Sedis Apostolice judicio
ſubſiantur, ſuſpensa interim eorum execu-
tione, donec ab eadem Sancta Sede, fine cu-
jus auſtoritate, nihil omnino in ſimilibus paciſci
fas est, confirmationis robur in totum, vel in
partem obtinuerint. Facta autem per me infra-
scriptum præfata Congregationis Secretarium
de premissa relatione Sanctissimo Domino Nostro,
ejusdem Congregationis ſententiam San-
ctitas Sua approbavit, atque ita ab omnibus,
ad quos pertinet, perpetuo, & inviolabiliter
ſervari, & judicari mandavit, cum omnibus etiam
derogationibus præfata Constitutione Innocen-
tii XII. insertis; nec non Litteras Apostolicas
in forma Brevis ſuper præfentis Decre-
ti confirmatione, & approbatione expediri
juſſit.

Datum Romæ hac die 16. Auguſti 1727.

P. Cardinalis Corradinus.

Dominicus Rivera diclæ Congreg. Secretarius.

Loco + Sigilli.

Bullarii Romani Contin. Pars XIII.

§. 4. Hujusmodi autem tam providum, ac
ſalubre Decretum, quo ſirmius ſubſtitat, & fer-
vet exacius, tenore præſentium, Apostolica
auſtoritate approbamus, & confirmamus, ac
de novo, quatenus opus fit, ſtatuimus, & in-
novamus, atque illud ab omnibus cuiuscumque
ordinis, gradus, status, ac dignitatis, in per-
petuum ſervari, & cuſtodiri præcipimus, & man-
damus: decernentes, eadēm præſentes Litteras
ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere,
& fore, ſuſque plenarios, & integros effectus
fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat,
& pro tempore quocumque ſpectabili, in om-
nibus & per omnia pleniffime ſuſfragari, ſicque
in premissis per quoscumque Judices Ordina-
rios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apo-
ſtoli Auditors, juſdicari, & definiſſi debere,
ac irritum, & inane, ſi fecis ſuper his a quo-
quam quavis auſtoritate ſcienter, vel ignoranter
contigerit attenari: quibuscumque in contrarium
ſacentibus non obſtantibus.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem
ſub Annulo Pſcatoris die xv. Julii MDCLIV.
Pontificatus Noſtri Anno Decimoquarto.

D. Card. Paſſioneus.

Ne Christifeſiles ſub Turcarum ditione verfa-
tes, ad occultandam Christianæ Religionis
professionem, Mahumetana Nomina ſibi impo-
nant, iſique ne compellari patiantur.

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis & Epis-
copis, neſon dilectis Filiis Parochis, & Miſ-
ſionariis, Provinciæ Albaniæ.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, Saluiem,
& Apoſtolicam Benedictionem.

Quod Provinciale Concilium Albanum Pro-
vinciæ veſtræ, Venerab. Fratres, Dilecti
Fili, Anno MDCCIII. ſub fel. reo. Clemente Pa-
pa XI. Praedecessore noſtro celebratum, inter ce-
tera, Canone tertio ſanctissime ſtatuerat, nimis
ne Turcia, ſeu Mahumetana Nomina, five par-
vulis, five adulis in Baptiſmate imponerentur;
neve Christifeſiles Turcicis, ſeu Mahumetanis
Nomina, que nunquam ſibi imposta fuerant,
ob quamcumque vel tributorum exemptionem &
immunitatem, vel liberi commercii commo-
dum, vel evitandarum poeniarum cauſam, ſe-
nuncupari paterentur: id iſipsum, inter cæte-
ra, Nos quoque commendantes, conſirmavimus,
ac fervandum præcepimus in noſtra Encyclica
Epiftola, cuius initium eft: Inter om̄igenas,
pro Regno Servie, & finitimi Regionibus, ſu-
per pluribus Religionis ac discipline capitibus
die xi. menſis Februario Anno MDCCXLIV.*
Pontificatus Noſtri Anno Quarto edita. Provi-
dum igitur, ac fulaturo ejusmodi ſtatutum ab
Anteceſſoribus veſtris tanta cum ſapientia ac re-
ligione conditum, & tamquam luculentum Ca-
tholicæ Fidei, ſinceraeque veſtræ christiane pi-
tatis exemplum, alij ad imitandum & omnino
cuſtodiendum a Nobis diſtincte preceptum, quem
admodum in Provincie veſtræ majorem glo-
riam & exiſtimationem, majoremque confeſſio-
nem aeternæ animarum ſalutis utilitate in, ita ſi
negligi forte contingat, in maius ejusdem veſtræ
Provinciæ dedecus, apertumque animarum di-
ſcribenre redundare videtur.

§. I. Nos autem, qui abuſum illum in
prædicta Epiftola noſtra tamquam turpem chri-
ſtianæ professionis occulationem ad infidelitatem

1754.
Hoc Decre-
tum Apoſto-
līca auſtori-
tate robo-
ratur.

Et illius per-
petue firmit-
ati confi-
latur, non ob-
ſtatiſ qui-
buscumque.

Dat. die 15.
Julii 1754.
Pontificatus
XIV.

XXXVII.

Iterata de-
creta, quibus
veriti Chri-
ſtifidelibus
quamecumque
ob cauſa Ma-
humetana
nomina auſ-
mere.

* In hac Edi-
tione Tom.
XVI. pag.
173.

Eorum quip-
pe uſus men-
dicium in re-
gravifima, &
virtualem fi-
dei negatio-
ne continent.

accidentem pronuntiavimus, maximo cum Pontificii animi nostri mōrere accepimus, quod quamplurimi istius Provinciae, posthabita æterna salutis ratione, eadem Turcica, sive Mahometana Nomina usurpare pertant, non solum ut a tribus & oneribus illis, quæ Christifidelibus imposita sunt, vel imponi sepe contingit, immunes & liberi sint & habeantur, verum etiam ut tam ipsi, quam eorum Parentes, a Mahometana Secta apostatasse minime credantur, nec penis has in re infictis multentur. Hæc enim omnia, etiæ Fides Christi in corde teneatur, fieri tamen nequeunt, sine Mahometis errorum simulatione, fincerati Christianæ contraria; que mendacium in re gravissima continet, & virtuelam Fidei negationem, maxima cum Dei injurya, Proximique scandalo, includit: Unde opportuna etiam præbetur Turcis ipsis occasio, Christifideles omnes, tamquam hypocritas & deceptores exsuffiantur, atque adeo jure ac merito persequendi.

S. 2. Accedit præterea ad mōrem, doloremque nostrum magis magisque augendum, quod nonnulli ex Vobis ipsis, Venerabiles Fratres, atque ex Vobis quoque, Dilecti Filii Parochi & Missionarii, ad tam pravam ac defabili simulationem nihil animadverentes, immo conniventes, atque inanibus ad excusandas accusations in peccatis rationum momentis adacti, eos Christifideles curæ vestræ creditos, qui spædicta Turcica, seu Mahometana Nomina affumunt, iisque vocari student, ad Sacramentorum participationem, fine ullo proflus conscientie angore, & publica cum bonorum Christifidelium offensione, admittere non videntur.

Nova Sanc-
tione dam-
natur, ac in-
terdicitur.

Sub certis
spiritualibus
poenis, qua-
rum execu-
tio Episcopis
committitur.

S. 3. Hinc est, quod Nos, qui ex injunctio-
nibus omnium Ecclesiæ follicitudine, ac su-
prema Sacrosancti Apostolatus procuratione,
Christianos omnes in viam salutis reducere, eos-
demque puros, sinceros, in spiritu & veritate
ambulantes, & absque macula, Deo exhibere te-
nemur, postquam Venerabiles Fratres nostros S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales contra Haereticam
pravitatem Generales Inquisitores super hac re
audivimus, de eorum consilio, primùm quidem
laudatum Concilii Albani vestrae provinciae Cano-
nen renovantes, Apostolica auctoritate nostra
tenore presentium confirmamus, & districte ser-
vandum mandamus; necnon memorare Epistola
nostræ de cœta ad vestram quoque Provinciam
auctoritate & tenore paribus extendimus, & ser-
vanda itidem precipimus: Deinde districte pariter
prohibemus, ne quilibet ex Christifidelibus,
quocumque causa vel prætextu, aut in quibusvis
excogitabilibus circumstantiis, eadem Turcica,
seu Mahometana Nomina, ut Mahometani cre-
dantur, affumere audeat.

S. 4. Porro, Venerabiles Fratres, Dilecti Fi-
lii, Vos rogamus & in Domino hortamur, ut
ferio, animo ministerium vestrum, & districtam
Supremo Pastorum Principi Jesu Christo Æterni
Judici rationem de commissis unicuique vestrum
ovibus a Vobis reddendam considerantes, & ipsi
curetis per bona opera vestra certam electionem
vestram facere, & minime omittatis, (quod sine
gravissima incuria, negligenterque vestra culpa
accidere non potest) eosdem Christifideles
Provincie vestrae arguere, obsecrare, & incre-
pare in omni patientia & doctrina, ut conver-
sationem suam inter Gentes habentes bonam,
in omnibus seipso præbeant exemplum bonorum
operum, ut ii, qui ex adverso sunt, vereantur,
nihil habentes malum dicere de ipsis, quasi
malefactoribus, qui turpis lucri causa aliud in
ore, aliud in corde gerant. Quod si qui admoni-
tionibus vestris & præceptis nostris non acqui-
escant, ad Apostolice discipline normam, virga
compeci debent, & circa ipsos Albanensis Syno-
di vestre, & dictæ Epistolæ nostræ, sanctiones &

poenæ omnino exequendas sunt, quibus in vita Sa-
cramentorum, & post mortem, si impoenientes
decesserint, suffragiorum incapaces declarantur.
Quas quidem poenæ iterum, quatenus opus sit,
innovamus & infligimus, & debita executioni a
Vobis mandandas volumus, & injungimus. Hoc
autem nemini ex Vobis, Venerabiles Fratres,
Dilecti Filii, durum esse debet; quoniam nisi
abundaverit iustitia vestra plusquam Schismatico-
rum & Haereticorum, quorum tamen nullus Ma-
hemetani Nomen affumere præsumit, non intra-
bitis in Regnum Cœlorum.

S. 5. Illos denique, qui ex Mahometanis
Christiani sunt facti, vel qui istorum sunt filii,
si de sua in Fide constantia diffidant, reverantur-
que, ne si Turcica deponant nomina, Domi-
nantum poenas incurant, easdemque subire for-
midant, ferri admoneantur, ut omnino regiones
illas occulte deserant, & ad Terras Christianorum
accident, atque configuant, in quibus & Deus,
qui dat escam omni Carni, & Fidelium Caritas
minime ipsis deerit; maxime si Episcopoli commendati-
onibus Epitolis muniantur. Interim Vobis,
Venerabiles Fratres, Dilecti Filii, Apofolicam
Benedictionem, quam a quolibet Venerabili Fra-
tre Antistite in sua Diœcesi Christifidelibus Ortho-
doxis nostro nomine impendi volumus, peraman-
ter elargimur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die
prima Augusti MDCLIV. Pontificatus Nostræ
Anno XIV.

Dat. die 1.
Augusti anni
1754. Ponti-
ficatus anno
14.

Ecclesiasticis omnibus Ritus Slavo-Latinus præ-
cipitur ut in Missis & Divinis Officiis Slavum
Litterale idiomam cum characteribus Hieronymianis
retineant, & Missalibus, Breviaris &c. utantur typis Congregationis Propagandæ Fi-
dei editis.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

*Servus Servorum Dei, Ad perpetuam
rei memoriam.*

EX pastorali munere, quo Romani Pontifi-
ces Catholicæ præsent Ecclesiæ, eamque
moderantur, consueverunt Prædecessores Nostræ
vigilem navare curam, ut in Sacris peragendis,
suos unaquaque Natio legitime invectos Ri-
tus religiose custodiatis, ejusque idiomam uni-
formitatem retineat, quo illius respective Ma-
iores in Missa Sacrificio Divinisque Officiis usi
dignoscuntur; prohibentes ne quid a præsca lingua,
vulgaribus licet dicendi formulis immu-
tata, deflectatur, omnemque adhibentes operam,
ut abusus procedentibus temporibus inoleſcentes
eradicarent.

S. 1. Cum itaque ex fide dignorum testi-
monio acceperimus, in Ritum Slavo-Latinum,
quem felicis recordationis Prædecessor Nostræ
Joannes Papa VIII. fidelis ac religiose Na-
tione Illyrica, una cum idiomate, quod nunc
Slavum litterale appellant, & characteribus,
quos Hieronymianos dicunt, adhibendum con-
cessit, & successivis temporibus recolenda me-
morize Prædecessores pariter Nostræ Urbanus
VIII., & Innocentius X., dum Missale & Bre-
viarium eodem idiomate, & characteribus,
excludenda typis traderentur, iteratis vicibus
confirmarunt; nonnullos irreperere abusus, Apo-
stolice Sedi intentionibus, institutisque contra-
rios, pernicioſa aliquorum libertate, qui au-
dient Missas, infertis Orationibus & precibus
Slavo vulgari sermone conscriptis, componere,
Initium quoque Evangelii secundum Joannem,

Pontificis
follicitudo
no novitatis
& abusus in
Sacros Ritus
intepant.

Ritus Natio-
ni Illyrica
conceſſus a
Joanne VIII.

Intervetus
pluribus ir-
reperis abuſi-
bus.

Diffidentes
de sua in Fide
confiancia ad
Christianorū
terras confu-
gere horta-
tur.

Qui
scrip-
tor
fior
grati
vitq
mita
litur